nec quovis alio modo evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. 1123

N. Kruszelnicki Szpegowicz Nobilis Holynski Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premysliensis Nobilis Andreas Kruszelnicki Szpegowicz sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Premysliensis Jurisdictioni quoad actum moderni nunc attinet, secum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum ita exponit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta volt Laboriosum Petrum Kiczanowicz olim Nobilis Hryc Kiczanowicz filium subditum de Villa Kruszelnicka sui Recognitis haereditarium, atque consorte ipsius Annam Conviges leimos eorumque posteros cum omni praemissorum Jure Dominio, proprietate, haereditate, titulo haereditario, cumque omnibus et singulis eiusque subditis utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, laboribus, censibus, dationibus, vectuni, munus, obsequijs et officijs quibusvis attinentibus et pertinentibus quatenus universis, nihil expressis missis Juris Dominij proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Rpte suisque successoribus aut quoniam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praefatumque subditum ipsemet Recognoscens tenuit habuit, et possidebat, ipsumque concernebat, ac eadem legitime serviebant. Jure ex nunc et de facto Nobili Joanni Holynski eiusque posteris dedit, donavit, inscripsit et resignavit, prout

dat, donat ac titulo puris meris et irrevocabilis donationis praesentis
inscribit et resignat perpetuo ad inaeum irrevocabiliterque. Per
Ipsum Donatarium suum et eius posteros eundem laboriosum Vi-
czanowicz praesentem donatum cum omni Jure Dominico, proprietate,
competentiaque et prerogativa quam tenendi habendi et possiden-
di illoque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque suaces-
sorum quosvis bene placitos usus fructus libere et effectualiter con-
vertendi perpetuo et in aeum. Hac sua praesenti personali Reco-
gnitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynscy Kotlowicze Baczynskiey Sorori Suae Germanae Obligant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi
Capitaneatus Praemysliensis Nobiles Paulus et Andreas Baczynscy
Kotlowicze fratres germani sani mentibus et corporibus exi-
stentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis qui-
busvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi
Capitaneatus Praemysliensis Jurisdictioni quoad actum modernum atti-
net secum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et
plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice,
ac expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo
pro interesse recognovit. Quia ipsi bona sua propria et haere-
ditaria infratta vidlt Niwe Jedne pola odewsi do Dnie-
stru Koło granicy Tarczynowskiey Jedney, a drugiey strony koło
miedzy Nobilis Hieronymi Baczynski Leskowicza Item
drugie Niwe od potoku do Hascu Uluszczyc in bonis villae
Baczyna Terra et Districtu praesentis Praemysliensis incen-
tis et consistentis cum omni praemissorum Jure Dominio proprietate

titulo